



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 130. Livoniensium Legatio ad Moscovitas pro obtainenda pace.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc XVI. exactione exemptos volebat: verum li-
A C 1557. cet hæc conventio Sacramento, & of-
 culo Crucis firmaretur, ne tunc quidem
 aliquid præstitum est.

§. CXXX.

*Livonienſum Legatio ad Moscovitas
pro obtinenda pace.*

Thuan. l. 21. **n. 5.** **Q**quamvis Livones rursus datam fidem
 fefellissent, nihilo secius hoc item
 anno millesimo quingentesimo quinqua-
 gesimo septimo pacem denuo petere
 præsumebant, atque hanc in rem supre-
 mum Livonici Ordinis Magistrum, &
 Torpatensem, seu Derptensem Episco-
 sum unacum pretiosis muneribus able-
 gabant, eo fine, ut hujus Principis ani-
 mum per ipsorum perfidiam summe ex-
 asperatum placare niterentur. Hos
 Basilides, quam primum eos conspexe-
 rat, per duos interpres sibi adstantes,
 ac Germanici, patriisque idiomatis gna-
 ros interrogabat, an pacem peterent:
 cum ergo illi, ut de pace agerent, se ve-
 nisse responderent, & scyphos deaura-
 tos a Livonici Ordinis Magistro, & E-
 piscopo Torpatensi missos offerrent, Ba-
 silides statim scyphos in triclinium pro-
 ximum deferri jubet; & quamvis eo-
 rum obsequia ipsi non admodum ingra-
 ta essent, nihilominus suam eis perfi-
 diam exprobrabat, eoquod toties pacta
 vio-

violassent, nec quicquam eorum, quæ Sæcul.XVI.
religiose promisissent, & sigillis firmas- A.C.1557.
sent, servarent; dein commemorata Ma-
jorum religione, fide, ac fortitudine,
quantum ipsi ab eorum pietate, ac vir-
tute degeneraverint, verbis artificiose
rem augentibus ostendit, atque illis, quod
cultum receptum abrogassent, Basili-
cas evertissent, virorum, ac Virginum
cœnobia profanassent, ac spoliassent, ob-
jiciebat, hisque addidit, quod ipsi se non
Ecclesiasticos Principes, & Ecclesiæ fi-
lios, sed ferissimis barbaris immaniores,
magisque crudeles, ac proinde indignos
exhibuerint, ut ipfis pax concedatur.

§. CXXXI.

*Pax Livonenibus a Moscoviae Duce
denegata.*

Ad cuutas hasce objurgationes mox *Thuan. l. c.*
Livones responderunt: „Evolutis
„diligenter Majorum nostrorum com-
„mentariis, & computatis rationibus,
„minime comperire potuimus, ullum
„tributum Mosco Principi deberi: quod
„autem pax nobis denegetur, apud Cæ-
„sarem, in cuius clientela sumus, con-
„queri statuimus.” Verum ad Cæsaris
nomen subrisit Moscovitarum Princeps,
cum sciret ejus auxilia nimis remota,
tarda fore, inde tamen sumpta rur-
sus occasione, Livonibus impietatem
suam